



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Philippicæ Sive Invectivæ LX. In Notorios Peccatores

Hartung, Philipp von

Egræ, 1687

Index II. Festorum Præcipuorum Juxta ordinem Calendarij Romani, quibus
Phillipicæ accomodari possunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76172)

INDEX II.

Philippica 50. in adolescentes vitæ prodigos.

Philippica 51. in profanatores festorum.

Philippica 52. in vagos poenitentes.

Philippica 53. in blasphemos.

Philippica 54. in obstinatos.

Philippica 55. in parentes malos.

Philippica 56. in crudeles.

Philippica 57. in detractores.

Philippica 58. in procrastinatores.

Philippica 59. in derisores.

Philippica 60. in pseudo-judices.

* * *
* * *
* * *



INDEX II.

FESTORUM PRÆCIPUORUM

Juxta ordinem Calendarij Romani, quibus PHILIPPICÆ

accommodari possunt.

JANUARIUS.

FESTO CIRCUMCISIONIS.

Vocatum est nomen ejus Iesus Luc. 2.

Non ipse sibi nomen vocat, pro-
ut jactabundi & ambitiosi solent,
qui nomina sua vocant in terris,
sed ab Angelo MARIA & Jose-
pho vocatum accipit, ut nostram
corrigat jactantiam & confundat
ambitionem. Philipp. 3. in Jacta-
bundos. Philipp. 45. in Ambitio-
sos.

2. *Ut circumcideretur.* Luc. 2. Cui
Virginis Filius in tenerrima carne
sua circumcidi voluerit, causa
fuit, ut satisfaceret pro peccatis
nefandæ libidinis, quibus ado-
lescentes prodigi vitam sibi ab-
breviant Philipp. 50. Philipp. 2.
in Luxuriosos.

3. *Ut circumcideretur* Incredibili cum
doloris sensu, sed & ineffabili cum
patientia vulnus circumcisionis
tenerrimus IESULUS sustinuit, ut
ad sanguinem ejus impatientes

erubescant homuli, contra quos
agam hodie, ut discant patienti
ferre animo quidquid molestia-
rum hoc anno occurrerit. Phi-
lipp. 12. In Impatientes.

4. *Ut circumcideretur.* Multos etiam
num circumcifores IESULUS
patitur, & quinam illi? Menda-
ces & Perjurij Philipp. 46. Detra-
ctores Philipp. 57. Blasphemi Phi-
lipp. 53.

FESTO EPIPHANIÆ.

1. *Proidentes adora-verunt eum.* In-
oratores haud moratos Philipp.
32. & Philipp. 25.

2. *Vidimus & venimus.* In proca-
stinatores Philipp. 58.

3. *Apertis Thesauris suis obtulerunt
ei munera* In avaros Philipp. 43.

4. *Ut Ego veniens adorem eum.* In
pseudopoliticos Philipp. 40.

5. *Per altam viam reversi sunt.* In re-
cidivos Philipp. 26.

6. *Ecce Magi* In magos, ariolos, di-
vinatores Philipp. 47.

FE-

FEBRUARIUS.

Festo Purificationis.

1. *Ut offerrent secundum consuetudinem legis.* Luc. 2. In contemptores Festorum. Philipp. 51.
2. *Par turturum.* Turtures oblatos à Deipara oblatos fuisse non dubito, ut impleretur illud: vox turturis audita est in terra nostra. Turturibus delectatur Deus qui cum symbolum conjugum sint concordium, contra discordes conjuges hodie agendum est. Philipp. 8.
3. *Nunc dimittis servum tuum Domine in pace.* Potuit hoc dicere Simeon justus, qui dignis manibus excepit Salutare DEI, non possunt idem dicere Sacrilegi communicantes qui non in pace sed pice dimittuntur, nec salutare DEI sumunt, sed iudicium sibi manducant. Philipp. 37.

Festo S. Mathiæ.

1. *Tollite jugum meum.* In larvatos Moriones si festum venerit, ante Quadragesimam. qui non jugum Christi, sed dæmonis super se tollunt, cum larvas induunt. Phil. 16. Si verò venerit in Quadragesima, contra carnivoros qui jugum quadragesimalis jejuniij intolerabile dicunt. Philipp. 17.
2. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Contra Immites seu Impatientes. Philipp. 12. contra Superbos. Philipp. 45.

MARTIUS.

Festo S. Josephi.

1. *Cum esset justus & nollet traducere eam.* Matth. 1. Quia justus fuit, judicare temerè noluit, sed occultè dimittere Sponsam suam cogitavit. Discant à S. Josepho injustissimi pseudo-judices tērarijs abstinere judicijs; discant linguati detractores alienæ par-

cere famæ, nisi velint justæ subjacere pœnæ. in pseudojudices, Philipp. 60. In detractores, Philipp. 57.

2. *Cum esset justus.* in injustos, Philipp. 31.
3. *Voluit occultè dimittere.* Scandalum quoquo modo cavendum, & impediendum. in scandalosos. Philipp. 34.

Festo Annuntiationis.

1. *Ecce Ancilla Domini.* In mancipia dæmoniorum. Philipp. 18.
2. *Spiritus Sanctus superveniet in te.* In hostes Spiritus Sancti qui nolunt in se supervenire divinum hospitem. Philipp. 35.
3. *Ne timeas MARIA.* Timuit MARIA ex virtute, timent plurimi ex vitio suo & conscientia prava. In Timidos. Philipp. 10.
4. *Ecce Ancilla Domini.* Plenus mundus Servitoribus & Ancillis quotusquisque enim non se vocat servum vel servam, sed ad oculum; solo ore non ex corde. In pseudopoliticos, Philipp. 40.

APRILIS.

Feria II. Pascha.

1. *Et estis tristes.* In immoderatè tristes. Philipp. 30.
2. *Ibant in Emaus.* Tales Emauntini ambulones sunt omnes vagi pœnitentes, quibus nisi Iesus se associet, perierunt. In vagos pœnitentes. Philipp. 52.
3. *Nos autem sperabamus.* In inconstantes. Philipp. 47.
4. *Nonne hæc oportuit Christum pati?* In impatientes, Philipp. 12.
5. *Nonne hæc oportuit Christum pati?* Reprehendit Salvator discipulos quòd passionem non combinerent cū prophetijs & figuris veteris legis, quæ verborum aculeum infixisset si prorsus in memores passionis fuissent? In immemores Passionis. Philipp. 23.

INDEX II.

6. *O stulti & tardi corde ad credendum!* In incredulos Philipp. 28.

Feria III. Pascha.

1. *Stetit in medio discipulorum.* Quàm bonum Dominum habemus! stat in medio ut singulis suis servulis prospiciat, succurrat, medeatur. Salute eosdem prævenit, & suam ultro benedictionem impertit. An ita & Domini hujus sæculi? o quàm diversum habent genium? In Austeros Dominos, Philipp. 9.
2. *Pax vobis.* Stat Pastor in medio ovium & pacem precatur, tanquàm electarū ovium tesseram, dum e contra reprobi hædi non pacem, sed bella spirant. In Cornupetas Hircos. Philipp. 29.
3. *Obtulerunt ei partem piscis assi.* ecce frugalitatem discipulorum. In Gulones Philipp. 15.
4. *Quid turbati estis?* In timidos. Philipp. 10.

Festo S. Georgii.

Mittetur foras sicut palmes & arefctet. In contemptores anathematum, Philipp. 33.

MAJUS.

Festo SS. Philippi & Jacobi.

1. *Tanto tempore vobiscum sum & non cognovistis me.* Subacerbis verbis Apostolos reprehendit Jesus, cui tamen non contradicunt neque se excusant, quia amant veritatem, contra quàm faciant filij hujus sæculi, qui nihil minùs quàm veritatem acceptare possunt, in ofores veritatis. Phil. 21.
2. *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Quàm syncerè & sine fuco Philippus desiderium suum exponit absque omni adulationis specie! quam scit Salvatore esse exosissimam. In adulatorem. Philipp. 5.
3. *Ostende nobis Patrem, & sufficit.* Pa-

trem videre Philippus desiderat & nihil ampliùs, contra quàm soleant curiosuli, qui omnia videre desiderant, præter Patrem. In curiosos. Philipp. 36.

4. *Et sufficit nobis.* Paucorum est ex vero dicere: sufficit nobis, non dicunt hoc Avari, non Lucriones, contra hos. Philipp. 27. contra illos Philipp. 43.

5. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* Si Deum in proximo videremus nunquam proximo invideremus, In invidos. Philipp. 11.

Festo Ascensionis.

1. *In nomine meo dæmonia ejicient.* In mancipia dæmoniorum. Philipp. 18.

2. *Linguis loquentur novis.* In mendaces. Philipp. 46. vel in blasphemos. Philipp. 53. vel detractores. Philipp. 57.

3. *Si mortiferum quid biberint non eis nocebit.* In impatientes. Philipp. 12.

4. *Exprobravit incredulitatem eorum & duritiem cordis.* Ille maximè, & quidem ipso facto, incredulus ac corde durus, quisquis Dominicæ Passionis immemor & ingratus, ad utrumque vitium avertendum, Manus pedesque vulneribus insignes ante ascensionem suam Christus discipulis exhibuit & vestigia pedū duro lapidi impressit, nè duriora sint lapide humana corda. contra immemores Passionis. Philipp. 23. Contra ingratos. Ph. 48.

5. *Assumptus est.* In oculis discipulorum assumi Christus voluit, ut eosdem velut Aquila pullos ad volandum & sequendum incitaret. At nos sicut Anseres aut struthiones evolare in altum nescimus, sed hæremus in imis. o curvæ in terras animæ! in desides. Philipp. 13.

FE-

Feria II. Pentecostes.

1. *Sic Deus dilexit mundum.* Ità Deus dilexit, ut magis diligere non poterit. parum tamen hac sua dilectione profecit, manet enim obstinatus in suis scelerib⁹ mundus. In *Obstinosos*, Philipp. 54.
2. *Sic Deus dilexit mundum ut Filium suum unigenitum daret.* Dedit Deus Filium suū speciosum formā prae filijs hominum, in quo omnis dulcedinis compendium; at immundus Mundus plus Adonidē, Cupidinem, & nescio quod immunditiæ vasculum, quàm Iesum formosissimum, benignissimum, amabilissimū diligit, imò Virgineam hujus carnem nefandis flagitijs contaminare non erubescit. In *luxorios*. Philipp. 2.
3. *Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* In peccatores inverteratos Philipp. 1.

Feria III. Pentecostes.

1. *Ego sum ostium.* Prò in quot formas se vertit divinus noster, Proteus! Pastor est & Agnus, & ostium ovilis &c. Transformant, se quidem & homines sed in monstra & spectra turpissima, contra quos malè transfiguratos. Ph. 19.
2. *Veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Non vitam quærimus sed mortem, & mortem quidem subitanam, acerbam & unde quaque infelicem, quæ quatuor potissimum sceleribus accersitur. vide Philipp. 50.
3. *Quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones.* Quotquot in amicitiam se nostram insinuant & non insinuant amore Iesu, sed sensuali & quocunque spurio amore ducti, reverà fures & latrones sunt. In *falsos Amicos* Philipp. 14.
4. *Veni ut vitam habeant.* non egit Mercenarium Iesus, non Lucrio-

nem. ingenuè nos dilexit & nostrum in omnibus quæsit emolumentum; contra quàm soleant Quæstos hujus ævi, quos *Interessatos* vocamus Philipp. 26.

Festo Theophoriæ.

1. *Caro mea verè est cibus.* In sacrilegos Communicantes Philipp. 37.
2. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare.* In *Blasphemos* Philipp. 53. vel in *Irrisores* Philipp. 58.
3. *Hic est panis, qui de celo descendit.* In irreverentes Eucharistiæ adoratores non coronâ tantum asinâ, sed & auribus & sepulturâ asini dignos. Philipp. 25.
4. *Vocate debiles & claudos.* Pauperes invitantur, hi edent & saturabuntur, nam pauperi in dulcedine mensa Eucharistica præparatur, ut discamus fovere pauperes non opprimere, oppresores enim pauperum maledicti. Philipp. 22.

JUNIUS.

Festo S. Joannis Baptistæ.

1. *Quis putas puer iste erit?* Si scire cupis quid ex hoc illòve adolescentulo futurum sit, parentes ejus & educationem attende, non mirum dari paucos Joannes, magnos coram Domino, quia parentes non fuere Zacharias. *Memoria Domini* & Elisabeth. In malos parentes improbos. Phil. 53.
2. *Congratulabantur ei.* Syncerorum typum Amicorum hi consanguinei gesserunt, qui & sterili Elisabeth compatiabantur ex animo & congratulabantur fœcundæ. contra quàm soleant amici falsi aut invidi. Contra hos Philipp. 2. contra illos. Philipp. 14.
3. *Quis putas puer iste erit?* Admirationis hæc fuit quæstio, non curiosæ investigationis & sacrilegæ divinationis. Contra divinationum

INDEX II.

- num studiosos. Philipp. 42.
4. *Benedictus Dominus Deus Israël.* Quòd gratijs divinis parcius donemur, ingratitude nostra obstat. In Ingratos. Philipp. 48.
 5. *Benedictus.* Laudibus & gratiarum actionibus Natalis Joannis celebratus est non comestationibus & ebrietatibus. In Gulones. Philipp. 15. in Ebriosos. Philipp. 41.

Festo SS. Petri & Pauli
Apostol.

1. *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Laudator Petrus fuit, non tamen adulator. Dixit enim prout ei Pater coelestis revelavit per Spiritum veritatis, non prout adulatoribus suggerit Spiritus mundi & falsitatis. In Adulatores. Phil. 5.
2. *Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo.* In Inconstantes Philipp. 47.
3. *Tibi dabo claves.* In Contemptores Magistratum. Philipp. 38.
4. *Erit solutum & in caelis.* Solventur quidem peccata ad absolutionem Sacerdotis, si confessio fuerit sincera, qualem Petrus, non verò sacrilega, qualem fecit Judas. Philipp. 20.

JULIUS.

Festo Visitationis.

1. *Abijt in Montana cum festinatione.* Desidiam nostram arguit celer & expedita hæc profectio. In Desides. Philipp. 13.
2. *Beata quæ credidisti.* In Incredulos. Philipp. 28.
3. *Magnificat anima mea Dominum.* Audiant & erubescant, qui non Dominum sed seipfos magnificant. In Jactabundos. Philipp. 3.
4. *Et exultavit Spiritus meus in Deo Salutari meo.* In Deo sola & vera est læticia. Contra immoderatè lætos, vel tristes. Philipp. 30.

Festo S. Mariæ Magdal.

1. *Ecce mulier in Civitate peccatrix.* In Luxuriosos. Philipp. 2.
2. *Remittuntur ei peccata multa.* In Sacrilegos pœnitentes. Philipp. 20.
3. *Si esset Propheta, sciret qualis est hæc mulier.* in pseudojudices. Phil. 60.
4. *Capillis capitis sui tergebat.* Cur velum capitis aut aliud strophium vel sericam vestem non adhibuit? jam vestium luxum exuerat, & quæ solis aliquando vestienda erat capillis, capillos tergendis Christi pedibus adhibuit. sentiunt nonnulli cum Chrystomo Magdalenam luxu potiùs vestium, quàm luxuriâ corporis peccavisse, unde & pœnitentiâ à vestium neglectu orsa est. In luxum vestium Philipp. 49.
5. *Vade in pace.* Ille in pace vadit qui nunquam ad priora flagitia exemplo S. Mariæ Magdalenæ redit. In recidivos. Philipp. 26.

Festo S. Jacobi Majoris.

1. *Dic ut sedeant duo filij mei &c.* In Ambitiosos. Philipp. 46.
2. *Nescitis quid petatis.* Nesciunt quid & à quo petant, qui sine reverentia orant, vide Philipp. 32.
3. *Potestis bibere calicem?* Calicem Christi bibere volunt pauci, Bacchi verò hauriunt plurimi. In Ebriosos. Philipp. 41.
4. *Dicunt ei: possumus.* In impatientes. Philipp. 12.

AUGUSTUS.

Festo S. Laurentij.

1. *Qui amat animam suam, perdet eam.* Quis potissimum animam suam perditè amet, ex parabola Evangelici divitis Luc. 12. liquet, qui animam suam ità alloquitur: *Anima mea habes multa bona, &c. stulte hac nocte repetent animam tuam. ecce perditio & interitus.* Avari ergò sunt, qui pro anima pecuniam habent, & salutem

I N D E X II.

tem malunt perdere, quam egenis numum largiri. Nihil illos Laurentij verbum & exemplum, nihil Evangeliorum minæ, nihil præsens salutis periculum movet. Contra quos Philipp. 43.

2. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet &c.* Per granum frumenti Veritatem intelligo quæ cum corde mortificato excipitur, fructum multum affert; si verò infrunito audiatur animo, fructum facit nullum. Sparsit hoc semen in tyranni animam Laurentius, sed frustra &c. in ofores veritatis. Philipp. 21.

3. *Ubi ego sum, illic & minister meus erit.* In Austeros Dominos. Phil. 9.

4. *Nisi granum frumenti mortuum fuerit.* Granum frumenti Laurentius fuit per vivacem patientiam in plurimis tormentis contritum & mortuum, ideòque fructibus gloriæ & benedictionis refertissimum, nos steriles aristæ manemus quia pati nolumus. In Impatientes. Philipp. 12.

Festo Assumptionis.

1. *Sedebat secus pedes Domini audiens verbum illius.* Typum Deiparæ Magdalena ad pedes Iesu, verbum divinū audiens gessit, ideòque laudem præ Martha meruit. Non tantum secus pedes Iesu, sed infra pedes omnium creaturarum se Deipara projecit; ideòque supra universæ exaltari promeruit; nec sedit tantum ad pedes Domini, sed verba singula conservabat conferens in corde suo. Dedicant hic ambitionem suam Ambitiosi: dedicant neglectum divini verbi scioli. contra hos Philipp. 39. cōtra illos. Ph. 45.

2. *Turbaris erga plurima, unum porro est necessarium.* Damnat ciborum multitudinem Iesus, Contra

Gulones. Philipp. 15.

3. *Maria optimam partem elegit.* Non tantum Virginum Regina Maria est, sed & viduarum idea. optimam partem eligit, cui superi & boni omnes plurimum favent. quotquot verò viduitatem persequuntur, Deo hominibusque meritò sunt exosi. in viduarum persecutores. Philipp. 6.

4. *Reliquit me solam ministrare.* Ex invidiola id potiùs dictum existimo, quàm fuga laborum. In Invidios. Philipp. 11.

5. *Maria optimam partem elegit.* In Mario-mastiges. Philipp. 24.

Festo S. Bartholomæi.

1. *Omnis turba querebat eum tangere.* Salutis suæ amore & sanitatis desiderio quærebat pia turba tangere Christum. Aliter eum in suis proximis tangunt, vellicant & ut sic dicam deglubunt Detractores. contra quos. Philipp. 57.

2. *Virtus de illo exhibit.* Rident acatholici cultum SS. Reliquiarū & reverentem contactum sacrorum vestimentorum qui apud Catholicos in usu est. At ridiculi & omni irrisione digni sunt ejusmodi irrisores. cōtra quos Ph. 58.

3. *Excoriatum Bartholomæum dum considero,* non me contineo quin in crudeles & barbaros quondam mortales solo nomine homines invehar. qui etiamnum Bartholomæos ut sic dicam faciunt plurimos, cruciant, excoriant, mortificant, exanimant. Philipp. 56.

4. *Immensa Bartholomæi in immensissimo supplicio patientia dicere me jubet in impatientes,* qui nè tantillum pro salute sua, pro gloria æterna tolerare volunt, Christiani tamen & imitatores Ie-

INDEX II.

su audire cupiunt. In Impatientes, Philipp. 12.

SEPTEMBER.
Festo Nativitatis Dei-
paræ.

1. *Salomon genuit Roboam. Josaphat genuit Joram. Ezechias genuit Manassen. Josias genuit Jechoniam.* Non semper verum est: non procul à proprio stipite poma cadunt. nec imbellem progenerant aquilæ columbam. ecce enim ex quatuor allegatis parentibus optimis pessimos filios. Sapientissimus Salomon genuit stupidissimum Roboamum; piissimus Josaphat, impiissimum Joram; justissimus Ezechias injustissimum Manassen; perfectissimus Josias imperfectissimum Jechoniam; ipsarummet hæc culpa est prolium, quæ ab excelsis cogitationibus Majorum ita degenerant, ut jam passim dicantur Filij heroum noxæ. In imorigeras proles, Philipp. 7.
2. *Joras autem genuit Oziam.* Tres Reges ex genealogia Christi omissos reperio, qui inter Joram & Oziam vixerunt & regnarunt, videlicet Ochoziam, Jorã, & Amasiam, ex semine Achab proximè natos. indigni hi erant inter proavos Verbi incarnati recenseri, quod verbum Dei contemnerent, Achabi exemplo, & pauperes opprimerent, sicut Achab Nabothu. Vide Philipp. 39. vel 22.
3. *Ex ea quæ fuit Urie* Quatuor meretrices in genealogia Christi recensentur, Thamar, Raab, Ruth, Bethsabee ex causis potissimum quatuor quas interpretes assignant. prima est.

Festo S. Matthæi Apost.

1. *Vidit hominem sedentem in telonio.* Multos hodiè que publicanos numerat mundus, & sunt potissi-

mum detractores, qui in telonio nequitiae sedent, & quoslibet prætereuntes carpunt, suggillant, calumniantur. In detractores Philipp. 57.

2. *Surgens secutus est eum.* Festinata Matthæi conversio procrastinatores confundit. cõtra quos Philipp. 59.
3. *Misericordiam volo, & non sacrificium.* in Crudeles. Philipp. 56.
4. *Discumbente eo in domo.* Gratitudo Matthæi erga Magistrum suum jubet nos detestari ingratos. contra quos Philipp. 48.
5. *Non enim veni vocare justos, sed peccatores.* in peccatores inveteratos. Philipp. 1.

Festo S. Michaëlis.

1. *Væ mundo à scandalo* In scandalosos. Philipp. 34.
2. *Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major.* in Ambitiosos. Philipp. 45.
3. *Quis putas major est in regno celorum?* In Invidios, quorũ dux Lucifer. Philipp. 11.
4. *Michaël Quis ut Deus.* in blasphemos. Philippica 53.
5. *Videte, nè contemnatis unum.* Si contemnere non licet, multò minus injuriari licet. contra injustos, expeditam bilancem & gladium ancipitem Michaël tenet. In Injustos Philipp. 31.

OCTOBER:

Festo SS. Simonis & Judæ.

1. *Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* in peccatores inveteratos. Philipp. 1.
2. *Hæc mando vobis ut diligatis invicem.* In discordes conjuges. Philipp. 8.
3. *Odio habuerunt me gratis.* In blasphemos. Philipp. 53.
4. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret.* Perpetua infectatio & mundi in devotos Dei ser-

I N D E X II.

fervos: hi enim cum syncerè & candidè agant, non possunt non exosi esse illis, qui perpetuis delectantur fraudibus. In pseudo-politicos Philipp. 40.

N O V E M B E R.
Festo omnium Sancto-
rum.

1. *Ipsorum est regnum calorum.* Dignum est ut eorum festivitatem quam devotissimè agamus in terris, qui perpetuum festum agunt in cœlis, Sunt tamen non pauci Festorum profanatorum qui nec singulorum, nec omnium festivitatem Sanctorum ullo dignantur cultu. contra quos Phil. 51.
2. *Beati pauperes, mites, qui lugent, qui esuriunt justitiam, mundo corde.* In vitia his virtutibus contraria, In Avaros, Phil. 27. In impatientes vel crudeles Philipp. 12. vel 56. in immoderatè lætos Philipp. 3. in injustos Philipp. 31. in imundos Phil. 2.

Festo S. Martini.

1. *Si oculus tuus nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosus erit.* In invidos. Philipp. 11.
1. *Illuminabit te.* Non illuminant vestes superbæ sed obscurant & infamant; at verò si exemplo Martini pars chlamydis pauperi donetur, illuminabit te. In luxum vestium Philipp. 49.
3. *Vide nè lumen quod in te est tenebrae sint.* oculatiores se nonnulli ipsis aquilis & lycib⁹ existimant, dum insidiantur pauperi sicut leo in spelunca sua; at cæcissimi & miserrimi omnium mortalium hi sunt. In Oppressores pauperum. Philipp. 22.

Festo Præsentationis.

1. *Beatus venter qui te portavit.* Maledicti multarum Matrum ventres, quæ proles suas non

in vitam sed mortem portant, educantque Philipp. 55.

2. *Quin imò beati, qui audiunt verbum Dei,* in neglectores Concionum. Philipp. 39.
3. *Discamus à parentibus Deiparæ citò exequi quod proponimus vel promittimus;* non autem procrastinare. in procrastinatores Philipp. 59.

Festo S. Catharinæ.

1. *Dormiverunt omnes, & dormierunt,* in Desides Philipp. 13.
2. *Non sumpservit oleum secum,* in crudeles Phil. 56. vel oleum & operam perdunt, qui ingrati sunt, in ingratos Philipp. 48. Item in bono inconstantes Philipp. 47.
3. *Nescio vos,* nescit Deus quidquam de eorū precibus, qui irreverenter orant Philipp. 32.

Festo S. Andreae.

1. *Relictis retibus secuti sunt eum.* Relictis retib⁹ sequuntur Christum, qui occasiones peccandi vitant & in pristina relabi peccata cavent, in Recidivos Philipp. 26.
2. *Secuti sunt.* Quam pauci sunt qui consecantur Christi vestigia, at verò quam multi qui gaudent esse dæmoniorum mancipia. Contra hæc Philipp. 18.
3. *Faciã vos fieri piscatores.* in Divinatores, qui sunt Diaboli piscatores Philipp. 42. propter superstitiones & divinationes, quæ circa hoc festum exercentur.
4. *Andreas virilis* ex nomine virilior in opere, maximè in cruce. Contra Inconstantes. Philipp. 47. vel Impatientes. Philipp. 12.

D E C E M B E R.

Festo Conceptionis Immaculatæ Virginis.

De qua natus est Iesus. In Mario-matriges Philipp. 24.

Vide Festum Nativitatis Marianæ.

Fe-

Festo S. Thomæ.

1. *Non credam.* in Incredulos Phil. 28.
2. *Nisi videro.* in curiosos Phil. 36.
3. *Non credam.* in obstinatos Phil. 54.
4. *Sed fidelis.* in falsos & infideles amicos. Philipp. 14.

Festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi.

1. *Sui eum non receperunt.* in inhospitales hostes Jesuli. Philipp. 4.
2. *Qui non ex sanguinibus.* in Luxur. Philippica 2.
3. *Exijt edictum ab Augusto.* in contemptores Magistratum. Ph. 38.
4. *Cognovit asinus præsepe Domini sui.* Jsa. 1. in bipedes asinos Ph. 25.
5. *Non erat ei locus in diversorio.* in Ofores veritatis Philipp. 21.
6. *Quare non erat locus in diversorio?* quia à paupere Joseph nullum lucrum cauponessperabant. & ecce dum excluso Jesulo lucro inhiant, maximo se lucro privant. In Lucriones. Philipp. 27.

Festo S. Stephani.

1. *Ecce relinquetur vobis Domus vestra deserta.* in Profanatores ecclesiarum. Philipp. 44.
2. *Persequemini de civitate in civitatem.* in Cornupetas Hircos. Ph. 29.
3. *Et noluisti.* in obstinatos Phil. 54.
4. *Non me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus.* Non videt Christum, quisquis Christum in proximo suo non benedicit. in Invidos Philipp. 11.

Festo S. Joannis Evang.

1. *Hic autem quid? quid ad te?* in Curiosos. Philipp. 36.
2. *Recubuit in cæna.* Illi in cæna Eucharistica, super Domini pectus recumbunt, qui dignè communicant, non recumbunt sed conculcant & conspuunt pectus Christi, in sacrilegè communicantes, Philipp. 37.
3. *Calix D. Joannis cum serpente Ebriosos inclamat: mors in calice;* quia vinum in fine mordet ut coluber. in ebriosos. Philipp. 46.
4. *Quem diligebat Iesus.* Causa dilectionis fuit prærogativa castitatis, sicut enim hæc Deo dilecta, ita vicissim Incontinentia exosa Ph. 2.

Festo SS. Innocentium.

1. *Occidit omnes pueros.* Causa occisionis fuit Ambitio & Crudelitas. in Ambitiosos Ps. 45, in Crudeles Philipp. 56.
2. *Rachel plorans filios suos.* Frustra plorant filios immaturo fato sublatos, quorum mortem ipsimet parentes malâ educatione acceleravère. Philipp. 55. vel proles immorigeræ vitâ diuturniore indignas se reddidere. Phil. 7. & 50.
3. *Noluit consolari quia non sunt.* quia passi sunt Rachelis nepotes sicut Liæ posterii ex Juda prognati, ideo consolationem omnem respuit. Justissima enim extremæ afflictionis causa est, non pati pro Christo, in impatientes. Phil. 12.

F I N I S.

